



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Qua arte mulier quæda[m] illustris mansuetudinem edocta sit. Capvt  
CCVI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

facitis. Surge itaq; & ora Deum, & quicquid miserit in cor, hoc faciamus. Ille vero non acquiescebat, sed perturbabatur magis. Quod illa ubi animaduerrit, ait illi: Nunquid cognouisti vnquam mulierem? Dicit ei: Non Sed scire volo, quidnam sit. Quæ ait illi: Idcirco turbaris, quia ignoras, fetorem infelicium mulierum. Et volens illi passionem imminuere, dixit: Nunc ego sum in mensuris, & nemo mihi appropinquare potest, neque odorari præ fœtore. His ille alijsque plurimis ab ea auditis, compunctus & in se ipsum rediens, lachrymatus est. Postquam verò vidit illum puella ad se ipsum rediisse, dixit ei: Ecce si te audissem, & obtemperassem tibi, iamque peccatum perpetrassetis, qua deinceps facie, quibus oculis aspicere potuisses patrem meum? vel reuertens ad monasterium tuum, & audire psallentium sanctorum chorum? Deprecor itaque vt sobrius, ac vigilans sis, nec velis iam propter breuem voluptatē perdere tot labores, quot pertulisti, & æternisque priuari bonis. Audiens autem hæc ipsius verba frater ille, qui passus fuerat tentationem, quicquid ista retulit, gratias agens Deo, qui illum per mulieris prudentiam, & pudicitiam, ne funditus periret, eripuerat, reuersus est ad monasterium, & peccati sui pœnitentiam egit.

1 Vide quantum sit peccatum, Monachum fornicationē incurrere.

*Qua arte mulier quædam illustris mansuetudinem edocta sit.*

CAPVT CCVI.

**N**arrauit quidam ex patribus, quod mulier illustris, & ex senatorio genere, venerit adorare sancta loca. Cū inq; descendisset Cæsaream, placuit sibi illic requiescere, rogauitque Episcopum

pum dicens: Da mi vnam <sup>2</sup> virginē, vt informet me, & doceat timorem Dei, Eligens autem Episcopus virginem humilem, tradidit ei. Post aliquantulum verò temporis occurrens illi Episcopus ait: Quomodo se gerit Virgo, quam assignavi tibi? Quæ ait: Bona quidem est, sed non valde prodest animæ meæ permittit enim me voluntates meas facere, cum sit humilis. Sumens autem Episcopus vnam duriozem dedit ei, quæ illam obiurgabat, appellans eam fatuam diuitem, & his similia illi exprobrans. Post tempus aliquod rursus illa rogauit Episcopus: Quomodo se habet altera Virgo? Quæ dixit: Reuera ipsa prodest animæ meæ. Atque ita magnā acquisiuit mansuetudinem.

<sup>1</sup> Nota peregrinationem ad loca sancta adorationis gratia.

<sup>2</sup> Ecce hic duas Virgines.

Vita puella Alexandrina, quæ à sanctis angelis de sacro fonte fuit leuata.

#### C A P V T C C V I I .

**N**arrauit nobis Abbas Theonas, & Theodorius, quod Alexandria sub Paulo Patriarcha puella quædam relicta fuerat pupilla a parentibus magna facultate locupletibus. Erat autem adhuc sine baptismo. Die verò quadam ingressa pomarium, quod sibi reliquerant parentes eius (sunt enim in medio ciuitatis pomaria) vidit quendam parantem sibi laqueum, vt se præfocaret. Cucurrit igitur, & dixit ei: Quid facis, homo? Dixit autem ei. Dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione sum. Quæ ait illi: Die mihi causam, & fortassis iuuare te poterò. Dixit illi: Graui